

Inuictissimo KAROLO Romanorū electo, & Catholico re
gi semper Augusto, Iohannes Soter, alias Heil. S. P. D.

INiuriam, Serenissime rex, maiestati tuę facere uiderer, si Saxonum hi
storiam, per quōdā Albertū Krantz natione Saxonē, patria Hābur
gensem, summa uigilantia congestā, quam pręteritis proxime mensi
bus nitidis characteribus imprimi curauī, alteri q̄ tibi dedicarē: Hęc ete
nim gēs gloriosa, iure dextera Aquilę nigrę, & sacri Romani Imperij, cu
ius optatissimus es moderator, dici poterit ala: cum eius uirtute, & armis
Imperiū ipsum in Germaniā tuā olim fuerit inuectū. Hęc gēs, Anglorū in
Britānia, antea per annorū cētenaria fundauit usq; hodie perdurās regnū.
Hęc gens cū parte uictrice in campis Catalaunicis cōtra Attilā in acie pu
gnauit. Hęc gens Wādalos idololatrias, in perfidia p̄tinaces, partim perdi
dit, partim migrare coęgit: adeo, q̄ hac tempestate non minus loci Wan
dalis adempti teneat (tota, siquidem hęc pars quę nunc Saxonia appella
tur, olim Wandalis patriū fuit solum) q̄ ante possederat: Quippe ad Ka
roli cognomento Magni usq; tēpora, Saxonia non ampliores habuit ter
minos, q̄ qui nunc Westphaliā (antiquam Saxoniam hodie uocatā) prescri
bunt. Hęc gens examen emisit ad Pannonię orientālē partem, impręsen
tiarum Sibenburger, hoc est Septemcastrenses appellatos: quibus ingens
est animi ardor Turcis conflare: quos & nostra & patrū memoria saepe
uel strauerunt, uel in fugam uerterūt. Hęc deniq; gens, Liouonas, Estones,
& Curonięses, per se ad Christi fidem armis impulsos, armis ut in ipsa fi
de persistant coercent, ac cum finitimis Russis, & alijs Apostolicę Sedi mi
nus, uel male parētibus populis, quoties necessitas ingruit, manus animo
se conferunt. Visum est ætate nostra, perpetua laude dignū Waltherum de
Plettēberg, ordinis diuę Deiparę Marię semper uirginis in Liuonia pri
mariū Cōmendatorē, intrepidū exercitū ducē, natione Westphalū. LX.
Russorū & Tartarorū millia fudisse & p̄ligasse non numero equitatu:
Nā qui cum ipso Walthero manus hostib; cōseruere, quinq; milliū nu
merū dicunt nō excessisse. Tibi etiā in Mahumetanos militabūt Sugui, q̄s
Cęsar ipse dimisit intactos. Idē faciēt reliquę Germanię populi: Nec de
erūt, quib; affines tui imperāt, Vngari, Wādali, Gothi, Sarmatę, quorū
triūphos utriusq; linguę authores historiographi tacere minime. Hispa
ni & maritimi tui Belgę classē, uterq; Sicul; cōmeatū tibi ministrabūt.
Quo autē ad gloriosum in Mahumetanos bellū magis te inuitem, silētio
dixi nō prętereundū, q̄ Mahumeres ipse oriētis seductor, qui falsis uera
miscuit, tam & si Caiphę p̄tificis instar, is penitus nesciret quid sua uerba
sonarēt, finē suę perfidę sectę tacere non potuit, cū in Alchorano inquit,
Omnia nouenariō terminari: Si enim Platine graui authori credim; Ma
humetana hęc secta Anno Christianę salutis .DCXXIII. ortū habuit:
quę si nouenariō Mahumete teste, hoc est noningētesimo suę durationis
terminabit anno, tuū erit iam iam securim ad radicē plātationis falsi uatis
apponere, ut sic optimo Dño nostro Saluatore IESV CHRISTO
te dirigete, sis futurus tui nominis ob res pro eo gestas Maximus. Nam
Magni cognomen Karolus ille Frācus Germanus tibi pręripuit. Vale.

50
obico
D.
Saxoni
aria
oxime
are
ni
ute,
Ang
duras
tila
s part
nus loc
xonia
Dumpe
res
uocati
rtem
cybu
mem
uom
nis u
toliq
man
Walt
in Lin
estp
rolo
m
abur
puli
mata
minim
i
qu
uid
orant
cred
de
is
CHRIST
mus
is







